



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Edictvm Regis De Confirmatione Concilii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO CHRISTI 589. habet enim nos Apostolus lugere defunctos, dicens:

De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & ceteri, qui spem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad huius vitæ ærumnas prostrauit resuscitandum. Si enim potest hoc episcopus * Christianorum omnium prohibere, agere non moretur. A religiosis tamen omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim Christianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

XXIII.

Exterminanda omnino est irreligiosa consuetudo, quam vulgus per sanctorum solennitates agere consuevit; ut populi, qui debent officia diuina attendere, * saltationibus & turpibus inuigilent canticos; non solum sibi nocentes, sed & religiosorum officiis perstrepentes. Hoc etenim, ut ab omni Hispania depellatur, sacerdotum & iudicium a Concilio sancto curæ committatur.

*De consecr.
dist. 3. Irre-
ligiosa con-
suetudo est.*

E D I C T V M R E G I S

D E C O N F I R M A T I O N E C O N C I L II.

Gloriosissimus & piissimus dominus noster Reccaredus Rex.

V NIVERSORVM sub regni nostri potestate consistentium amatores nos suos diuina faciens veritas, nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandæ fidei ac disciplinæ ecclesiasticæ, episcopos omnes Hispaniæ nostro præsentandos culmini iuberemus. Præcedenti autem diligent & cauta deliberatione, siue quæ ad fidem conueniunt, seu quæ ad morum correctionem respiciunt. Cum enim sensus maturitate & intelligentiæ grauitate constant esse digesta, nostra proinde auctoritas id omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus iubet,

vt si qua definita sunt in hoc sancto Concilio, habito in vrbe Toletana, anno regni nostri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterire præsumat: capitula enim, quæ nostris sensibus placita & disciplinæ congrua, a præsenti conscripta sunt Synodo, in omni auctoritate, siue clericorum, siue laicorum, siue quarumcumque omnium obseruentur & maneant.

I. De obseruatione priorum Canonum.

II. De symbolo proferendo a populis in ecclesia, &c. vt supra pag. 117.

Has omnes constitutiones ecclesiasticas, quas summatim, breuiterque perstrinximus (sicut plenius in Canone continentur) manere perenni stabilitate sancimus. Si quis vero clericus, aut laicus harum sanctionum* obediens esse noluerit; si episcopus, presbyter, diaconus, aut clericus fuerit, ab omni Concilio excommunicationi subiaceat: si vero laicus fuerit, & honestioris loci persona est, mediata tem facultatum suarum amittat, fisci iuribus profuturam: si vero inferioris loci persona est, amissione rerum suarum mulctatus in exilio deputetur.

*obedient
obserua
tor esse
noluerit,
superba
fronte
maiorum
statutis
repu
gnanti:
episco
pus,

S V B S C R I P T I O N E S.

Flauius Reccaredus rex hanc deliberationem, quam cum sancta definiuimus Synodo, confirmans subscrivi.

^{**} Massona in Christi nomine ecclesiæ catholicæ Emeritensis metropolitanus episcopus prouincia Lusitaniæ, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens subscrivi.

^{**} Maule

[†] Euphemius in Christi nomine ecclesiæ catholicaæ Tolitanæ metropolitanus episcopus prouincia [†] Carpetaniæ, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens subscrivi.

^γ Leander in Christi nomine ecclesiæ Spalensis metropolitanus prouincia Bæticæ, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens subscrivi.

^{*} Migetius in Christi nomine Narbonensis metropolitanus episcopus Galliæ prouincia, in his constitutionibus, quibus in vrbe Tolitanæ interfui, annuens subscrivi.

^{*} Mige

Pantardus in Christi nomine ecclesiæ catholicæ Bracarensis metropolitanus episcopus Galliciæ prouincia, his constitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfui, annuens, tam pro me quam pro fratre meo ^{*Nigisio} episcopo de ciuitate Luci, subscrivi.

^{*} Nigis

Vgnus in Christi nomine Barcinonensis episcopus his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscrivi.

^{*} Nigis

Maurila in Christi nomine Valentiniæ ecclesiæ episcopus, in his constitutionibus, quibus interfui, annuens subscrivi.

Andonius

[†] Pro Cartaginensis, vt collegit rex Gundemarus in epistola milia episcopis prouincia Catthaginensis. vide locum: est enim Carpetania pars prouincia Cartaginensis non ipsa prouincia. Nitigesius, qui in II. Bracarensi subscrivit, vt metropolitanus Luci.

^{*} Nigis